



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Series Actorvm Omnivm In Canonizazione Sancti Thomae
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

Romae, 1658

Flauius tit. Sanctae Mariae de Populo Cardinalis Chisius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

orienſ super Montes, quos operiet non umbra; ſed lux ſanctitatis eius, erit quæ ſicut ſtella in perpetuas æternitates.

Flauius tit. Sanctæ Mariæ de Populo Cardinalis Chifius.

Beatum Thomam de Villanova, Archiepiscopum Valentini, ob eius excellentem doctrinam, profundam humilitatem, eximiam in pauperes Charitatem, exactam clauſtralis vitæ, & in Episcopatus dignitate irreprehensibilem obſeruantiam, dignum censeo, qui à Sanctitate Veftra Sanctorum numero adſcribatur. Fuit verè Deus mirabilis in Sancto ſuo, cum per eius manus claudi ambulent, cæci videant, ægri sanitati reddantur, leprosi mundentur, & mortui reſurgent. Sunt omnia mirabilia Dei, qui operatur magna ſolus, & conſtituit curantem, & fidelē ſeruum ad cuſtodiendam familiam ſuam.

Camilloſ tituli Sancti Marcelli Cardinalis Melius.

DEbentur Beato Thomæ de Villanova Archiepiscopo Valentino cœleſtes honores, Beatissime Pater, qui dum in terris ageret, teirena cuneta deſpexit, ut Christum lucrifaceret, cœleſtique Regno potiretur: qui omnium virtutum viſu, in Christiana militia diù, multumquæ promeruit; donec coronam pulchritudinis Cœli Regnatoribus dignam, posuit in capite ſuo. Ea enim in primis exarſit in Deum charitate, ut merito Diuini amoris Gereus appellaretur; tam impensè proximum dilexit, ut ſe ipſum hoiſtiam pro populo ſuo non ſemel, viuus, & moriturus obtulerit. In amore pauperum tam effuſus ſemper, diem clauſit extreſum, ut ne lectum quidem, in quo moriens iacebat, ſibi reſeruauerit, nec poſſe ſe à carnis vinculis existimauerit abſolui, ut euolaret ad Cœlites, ſi vel pecunia minimum, non erogatum egenis, reliquifſet in terris. Tantus igitur Vir, tam magnus Heros in Sanctorum virorum album merito eſt referendus, qui ſupra morta-